

DIE XX. MAIL.

B. COLUMBÆ VIRGINIS ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatam Colúmbam Virgínam tuam, puritate et innocéntia cándidam, supérnis fulgóribus illustráre dignátus es : concéde, quæsumus, ut ejus intercessióne puris tibi méntibus serviéntes in terris ⁊ splendóre glóriæ tuæ pérfrui mereámur in cælis : Per.

DIE XXI. MAIL.

S. BERNARDINI SENENSIS CONFESSORIS.

SIMPLEX.

Oratio.

DOMINE Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti ⁊ ejus, quæsumus, méritis et intercessióne spíritum nobis tuæ dilectiónis benignus infúnde : Qui vivis.

DIE XXII. MAIL.

S. SERVATII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Servátii Confessóris tui atque Pontíficis sollemnitate deférimus : ut qui tibi digne mérui famulári ⁊ ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis : Per.

DIE XXIII. MAIL.

B. LUDOVICI MARIE GRIGNON DE MONTFORT
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Ludovicum Mariam, Confessórem tuum, Crucis mystérii et sanctíssimi Rosárii præcónem exímium effecísti ⁊ ac nova per eum familia Ecclésiám fecundásti : ejus méritis et intercessióne concéde ut per unigéniti Filii tui vitam, mortem ac resurrectiónem ⁊ salutis æternæ præmia consequámur : Per eúmdem.